

CATALOGVS  
PRAELECTIONVM

TAM PVBLICARVM QVAM PRIVATARVM,

QVAS

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SINGVLI

*DOMINI PROFESSORES*

POST PASCHATOS FESTVM

MDCCLXXX

TEMPORE CONSVETO AVSPICABVNTVR,

PVBLICATVS

A B

ACADEMIAE RECTORE

IOACHIMO HENRICO PRIES,


THEOL. PROF. PVBL. ORD. ET AD AEDEM

SP. S. PASTORE.



ROSTOCHII,

LITTERIS ADLERIANIS.






## IN FACULTATE THEOLOGICA.

**I**OACHIM HARTMANN, *Consist. Duc. Consil. Ph. et S. S. Theol. D. huiusque P. P. O.* per instans semestre aestivum praelecturus est auxiliante Deo

1. *Collegium Biblicum super Libros IV. Regum* hora quidem ante meridiem X—XI.
2. *Collegium Biblicum in IV. Evangelistas*, quo secundum quidem illorum *harmoniam* textus sacros *ad usque Pascha Christi tertium* enodaturus est, hora XI—XII. In utroque collegio propriis vsurus suis lucubrationibus.
3. *Collegium Theologiae Moralis* secundum b. BAVMGARTENII *Moral-Theologie*, in quo ita versaturus est, ut quotidie hora pomeridiana VI—VII. explicentur ordine suo cuncta principia Partis I. et II, tum autem, quum ad *Iurisprudentiam diuinam* peruentum fuerit, duabus per hebdomadem horis, nimirum V—VI. dierum *Mercurii et Saturni*, Iurisprudentiae principiis iungantur *Ascetica* Partis III.

Per futurum autem\* semestre brumale volente Deo expositurus est:



1. *Collegium Biblicum* super reliquos Libros historicos V. T. nimirum *priorem* et *posteriolem Chronicorum*, itemque *Esdrae*, *Nehemiae*, et *Estherae*, hora antemeridiana X — XI.
2. *Collegium Biblicum* in *IV. Euangelistas*, *harmonice* pertractandum, continuaturus est, inde a *Paschate tertio* Christi ad usque adscensionem eius in coelum, seu *ad usque finem historiae Evangeliorum* IV. hora XI — XII.
3. *Collegium Historiae Ecclesiasticae Veteris Testamenti*, expositionibus suis subiecturus P. I. *Compendii Gothani* hora pomeridiana VI — VII.
4. *Collegium Disputatorium*, vel, prouti nimirum Domini Auditores efflagitaturi sunt, *Catechetico-Examinatorium* duabus per hebdomadem horis, nempe pomeridianis V — VI. dierum *Mercurii* et *Saturni*.

IOACHIMVS HENRICVS PRIES, *Theol. Prof. Publ. Ord. et ad aedem Sp. S. Pastor*, DEO adiuuante per instans semestre aestiuum hora VII — VIII. matutina in enarranda *Historia Ecclesiastica Noui Testamenti* perget. Inchoabit praeterea hora IX — X. antemeridiana et hora II — III. pomeridiana *Collegium Dogmatico-Polemicum in S. R. Seileri Theologiam Dogmatico Polemicam*, intra anni spatium finiendum, et hora X — XI. *Biblicum in Iesaiam*.

Per hyemem praelectionibus *Dogmatico-Polemicis* vel *Hermeneuticas* vel *Symbolicas* addet, nec deerit, in aliis Theologicarum scientiarum partibus Dominorum Commilitonum desiderio satisfacere.

### IN FACVLTA TE IVRIDICA.

D. WALTER VINCENT WIESE, *Jur. Prof.* peractis iam praelectionibus Iuris pandectarum et feudorum, eadem per instans semestre repetere ita ipsi animus est, vt  
hora



Hora 9 — 10. examinatorium instituturus, inque eo non solum principia theoretice proposita examinaturus, sed casus etiam practicos ad elaborandum distributurus sit.

Hora 3 — 4. Ius publicum patrium tam historicum quam politicum praeunte NETTELBLADT *im kurzen Entwurf einer Mecklenburgischen Historie*, iuncta transactione patriae nouissima de Anno 1755. docebit.

Hora 5 — 6. manuductionem ad praxin summorum imperii tribunalium iuxta Ill. PÜTTERI *introductionem in rem iudicariam* dabit.

Per semestre hyemale

Hora 9 — 10. reiterabit historiam imperii nostri romano-germanici duce Ill. PÜTTERO *im Grundriß der Veränderungen des teutschen Reichs edit. nouiss.*

Hora 3 — 4. Ius criminale docebit ad filium Ill. QVISTORPII *Grundsätze des teutschen peinlichen Rechts edit. nouiss.*

D. IO. CHRIST. ESCHENBACH, *Cod. Prof. P. O.* per instans semestre aestiuum Collegium Pandectale, duce Hellfeldio in iurisprudencia forensi, aut si auditores malint, Boehmero in introductione in ius Digestorum inchoabit, intra anni spatium finiendum. Porro duobus per septimanam diebus textum Iuris Lubecensis explicabit: et praeterea exercitationes disputatorias instituere paratus est.

Subsequenti semestri hyemali, nisi auditores alias praelectiones exoptent, Collegio Pandectarum continuando Institutiones et Ius feudale addet: quibus praelectionibus Heineccii institutiones ex editione Höpfneri, et Boehmeri principia iuris feudalis inseruient.

Horas his praelectionibus destinatas in tabula publica tempestiue indicabit.

## IN FACVLTA TE MEDICA.

CHRISTIANVS EHRENFRIED ESCHEN-  
BACH, P. P. O. et Urbis Pol. docebit

*Materiam medicam*, additis hac etiam vice potioribus regulis  
*Pharmaciae*, nec non *Doctrinae de conscribendis formulis*:

*Physiologiam*, quae *Anatomicas* quoque partium corporis hu-  
mani explanationes nonnullas comprehendet:

*Chirurgiam*; atque

*Pathologiam*; ac quidem ambas hasce vltimas secundum  
Compendia propria.

Vnquam quoque haud denegabit operam, alia adhuc aliqua  
Medicinae parte speciali forsan erudiri cupido. Horae prae-  
lectionibus destinatae, sunt matutina nona et pomeridiana ter-  
tia. Interim et in hisce stabiliendis ad auditorum placita sese  
accommodabit, quantum possibile.

## IN FACVLTA TE PHILOSOPHICA.

HENRICVS VALENTINVS BECKER, Philos.  
Doct. et Prof. P. O. et ad Aed. Iacob. Pastor, hora XI<sup>ma</sup> ad  
XII<sup>am</sup> praelectiones *Physicas* ad ductum compendii beati  
EBERHARD; hora autem III<sup>a</sup> ad III<sup>iam</sup> praelectiones *Mathe-  
seos purae* secundum normam libri KAESTNERIANI habebit.  
Per hyemem horis publice indicandis fundamenta *Iuris natu-  
ralis* atque *Philosophiae moralis* explicabit, et *Religionis Chri-  
stianae* demonstrabit veritatem. Praeterea *Philosophicas*, vel  
*Mathematicas*, vel *Theologicas* Auditoribus offert institutiones  
priuatissimas.

HERMANNVS IACOBVS LASIVS, Graecae  
Literaturae Professor Publ. Ord. hora ante meridiem VIII—  
IX. semestri tam aestiuo, quam hiberno, disciplinas *Metaphy-  
licas*,

ficas , duce Baumgarten , trader ; nec quoque deerit , in aliis desiderio ac commodis DN. Commilitonum inferuire.

**D. IACOBVS FRIDERICVS ROENNBURG,**  
*Moral. Prof. Publ. Ordin.*

sub auspiciis diuinis , per instans semestre aestiuum

hora matutina VII — VIII. praeunte Illustr. *Meistero* Ius  
Criminale;

hora VIII — IX. partem secundam *Iuris Natur.* quam vo-  
cant, *Ius Sociale*, duce Perill. *Dariesio*;

hora IX — X. artem rhetoricam *Battouii* explanabit.  
Per semestre brumale autem

hora VIII — IX. et IX — X. Compendium Pandectarum  
Perill. *Hellfeldii* ; denique

hora II — III. Principia Politices *Dariesiana* , scire cupidis,  
enucleabit.

**GVSTAVVS SCHADELOOCK** *Phil. Doct. et*  
*Prof. P. O.* ante meridiem explicabit

Hora VIII — IX. *Mathesin puram* praeunte Ill. *Segner* in den  
*Anfangsgründen der Arithm. Geometr. und geometrischen*  
*Berechnungen.*

— X — XI. Praelectiones et exercitationes *sili latini* ad  
ductum *Heineccii* in sat notis fundamentis continuabit.

— VI — VII. vespertina , *Logicam* tradet secundum *Cor-  
uini Inst. Phil. rat.*

In semestre hibernum horis tunc indicandis *Logicam* de nouo  
et *Metaphysicam* , aut si magis placeat Auditoribus, *Astrono-  
miam* explicandas proponit. Et si qui sunt praeterea , quos  
mathematicarum scientiarum aliae delectent partes , eorum  
desideriis , quantum fieri potest , satisfacere non dubitabit.

Adsunt



Adfunt quoque Doctores privati doctissimi, summo applausu in scientiis tradendis occupati diligentissime.



Nec deficient, qui suam in linguis exoticis proficere cupientibus promittunt operam, quemadmodum etiam exercitiorum, quibus corpus perficitur, addiscendorum non deest occasio.



P. P.

D. XXI. MART. MDCCLXXX.

